

praelati, comites et status imperii circa præscripta singulari et summa diligentia et advertentia prospicere, quod medio tempore Sanctum Evangelium et verbum Dei, secundum verum syncerum intellectum et interpretationem dictorum a comunione ecclesiæ receptorum absque tumultu et scandalo prædicetur et doceatur; gravamina denique germanicae nations per principes et status seculares contra Sedem Apostolicam in proximo conventu imperiali hic celebrato similiter et gravamina secularium contra ecclesiasticos designata consiliariis et personis per principes electores, principes, et status, ita ut præfertur deputandos ad examinandum et desuper consultandum committi debeant, ut ea studeant omni sedulitate et diligentia ponderari, revideri, et sanum consilium suum quo pacto ad tollerabiles vias deduci possint, in proximo comuni conventu imperiali, nobis vel locumtenenti nostro, principibus quoque electoribus et statibus impartiri, quodque deinde in præmissis ea quæ necessaria et opportuna visa fuerit deliberari et concludi possint.

Ex speciali amplissimo Sacri Romani Imperi Senatus commissione, SIMON. BIBISEN iuris utriusque doctor, canonicus maiori et divi Pauli Vuoratiensis ecclesiæ prepositus conclusionem prescriptam, e vernacula lingua in latinam transtulit; id quod propria manu patet et recognoscit.

¹⁹⁴ *Hi sunt articuli quos Principes et civitates Nurembergi tractaverunt, sed non fuerunt conclusi.*

Primus articulus est de resistentia contra turcas facienda.

Secundus ut Concilium Coloniæ aut Maguntiæ celebretur et observetur.

Tertius, de respectu monetæ ut duodecim denarii seu grossi, unum florenum renensem constituantur, et in prima superficie monete, ymago principis et in eius circumferentia ipsius nomen similiter et civitatum ponatur, in altera vero superficie circumferentia nomen Imperatoris ac in orbe et medio numismatis hæ tres literæ S. D. G. designans Soli Deo Gloria; et denarii seu grossi 24 cedentur vel monetabuntur quibus emi vendique possit, qui recipientur per totum Romanum Imperium ubi Cæsar mandare habuerit.

Quartus, ut magne societatis prout nominatim Fucherorum, Vuelfzerorum, Chyssembrich, Storich eorumque adherentes tollantur et postponantur.

Quintus, ut theolonia seu vectigalia temporibus Imperatoris Federici ultimo concessa cassentur vel remittantur.

Sextus, de quatuor ordinibus mendicantium qui decimam personam ordinis eorum propriis sumptibus et expensis contra turcas expedient; et monachi et moniales in bonis et hereditate post obitum parentum in posterum non succendant; ceterum qui prolem amplius ad monasterio tradere seu destituere voluerit unicam vestem, unum ibidem prandium ac florenos decem eidem semel pro semper dabit ac prestabit, quibus quietati et poenitus ab omni hereditate seclusi erunt ne bona secularia ita totaliter monasterijs accrescant.

Septimus, ut quædam virorum et fæminarum monasteria quæ olim pro nobilibus dumtaxat fuerunt fundata, iterum aperiantur ac a reformatione acceptata absolvantur; dictaque reformatio tollatur et nobiles denuo ad hæc monasteria instituantur et collocentur.

Octavus, ne aliquæ pecuniae ulterius Romæ mittantur pro paliis neque pro beneficiis aut regressibus, neque pensiones amplius solvantur, et quilibet dominus princeps comes et civitates in eorum districtibus et iurisdictionibus prælaturas beneficia et officia ipsem aut per se conferant, neque pecuniae amplius Romam reportabuntur. ^{194*}

Item sub salvoconducto sint vocali coram imperio doctor Lutherus et nobilis quædam virgo Floscerna nuncupata, ac doctus quidam Rusticus ad medium quadragesimæ.

*A dì 9. La matina non so alcuna letera di cam- 195
po, né di altro.*

Noto. *Di Roma vidi letere, di sier Hironimo Lipomano.* Come lo episcopo di Chieti, qual in reame havia do episcopati, vedendo non poter tenir quelli con bona conscientia, li renonciò in man dil Papa liberi; et vol viver con poca intrada si 'l Papa ge la vorà concieder, dicendo non poter tenir do episcopati, ergo etc.

Da poi disnar, fo Pregadi per expedir alcune cosse zerca le galie di Barbaria; qual l'ultima galia partirà

Fo lecto letere di Roma con li capitoli e letere dil Sophi de . . . di Napoli, di campo, di Crema, et dil proveditor Moro.

Dil Zante, di sier Nicolò Trun proveditor, di 14 April. Come era aviso per via di terra, Achmat bassà havia hauto Alessandria e il castello dil Farion.